

sic. Itaque videtur quod sit transpositio et sic construi debet: *Omnia subiecti sub pedibus ejus, ipsaque sic super omnia posita et constituta dedit caput Ecclesie.* Sed juxta nostram Vulgatam, *ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam,* angelicam scilicet et humanam; triumpphantem et militante. Ambrosius: nostro Interpreti est conformis.

VERS. 32. — *QUE EST CORPUS IPSIUS...*, id est, quæ Ecclesia est ejus corpus mysticum.

ET PLENITUDO EIUS, id est, perfectio, complementum illius; caput enim perficitur et completur accessu corporis, sicut et caput totum perficit. Sicut caput solum est mancum, ita membra sine capite sunt inutilia; caput ergo verè perfectum est cum habet omnia sui corporis membra.

QUI OMNIA IN OMNIBUS ADIMPLETUR. SYR. : *Qui omnia in omnibus adimplet.*

GRÆC. — *ὅς ἅπαντα.* Vox est media, tum activa, tum passiva; seu, ut ait Grotius, sono passivo, sensu tamen activo, formâ, inquit, Atticâ. Equaliter ergo significat, adimplens et adimpleti, et in utroque sensu hic vera est. Christus in omnibus suis membris adimpletur, quantum ad omnia corporis officia, v. g., manus, pedis, etc. Christus quoad manum impletur in homine misericordie; quoad pedem, in eo qui Christi amorem peregrinatur, vel visitat egros; quoad linguam in doctore, ait Theophylactus. Adimplet autem om-

VERS. 25. — *Quæ, scilicet Ecclesia, est corpus ipsius, et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus* (membris

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ex hoc capite mecum, ô Christiane, quisquis es, discere infinitas in te Dei misericordias, et æternas et temporales.

Ab æterno te Deus cogitavit, te dilexit; et quia dilexit, te adhuc nihilum et prorsus immeritum, inter innumeros alios, elegit in Christo et ob Christum, v. 4. Deus summe majestatis me nihilum ab æterno cogitavit, dilexit, præ amore elegit. Quanta et quam in fanda bonitas! Ad quid autem elegit? Ut esset sanctus et immaculatus in conspectu ejus, v. 4. Deo con sequenter similis, qui sanctus est et immaculatus. Quanta honor! Ad quid etiam? Ut sim adoptivus Dei filius, v. 5, ipsius hæres, æternorum illius honorum possessor. Quanta felicitas! An majorem Deus ipse poterat excogitare et mihi velle? Has ergo æternas, infinitas, immensas Dei misericordias cogita, penetra quantum potes; at comprehendere non vales, mirare, adora, ama; amans, adorans et mirans, exclama: *Æternas misericordias Domini in æternum cantabo.*

In tempore autem Deus, per Sacramentum tuæ regenerationis, æternum electionis suæ decretum ex secutus est; sicut ab æterno elegit ut esses sanctus et immaculatus, ita de facto, in tempore, te fecit sanctum et immaculatum; vide v. 5. Primò te fecit immaculatum in conspectu suo. Quomodo? Anime tuæ lotionem in pretioso Filii sui sanguine, in

nia: sicut caput impet omne corpus humanum, per continuum in sua membra influxum, sic Christus lucem inluit in fidelium mentes, pius affectus in cor, spiritualia charismata in animam.

In utrumque animadversio moralis.

Christus adimpletur in singulis et omnibus Christianis; proficit in illis sapientia, et gratia, et omni virtute: cum enim unusquisque Christianus sit Christi membrum, ubi membrum Christi perficitur, ipse Christus ut caput in suo corpore mystico perficitur. Ergo deo meam zelare perfectionem, utpote quæ ad Christi perfectionem confert. Ergo et meam deo imperfectionem horrere, utpote Christi dedecus et opprobrium. Ergo deo et aliorum salutem et perfectionem cum zelo incumbere, ut Christi corpus perficiam. Quot Christianos convertam, aut perficiam, toti Christo membra conferam, vel perficiam. Quanta hinc animarum conversioni et perfectioni cum zelo vacandi stimulus? Christus, caput Ecclesie, per continuum influxum adimplet omnia. Quanta ergo debet esse unio nostra cum Christo, capite nostro, quanta spes in ipsum, quanta fiducia, quam frequens ad eum noster recursus? Nostra cum hoc nostro capite continua sit unio, non tantum per habitus gratiæ et veritatis, sed et per actus fidei, spei et amoris: continuus et habitualis sit nostri cordis ad eum recursus per aspirationes et per orationem non deficientem.

suis, ergo et in angelis) adimpletur, et adimplet.

quo peccatorum remissionem reperisti, v. 7. Simul enim ac corpus tuum aqua fuit à Sacramenti ministro lotum, anima tua per merita pretiosi sanguinis Jesu Christi, tibi tunc applicata, à peccatorum omnium sordibus fuit abluta, et in conspectu Dei immaculata, et refulgens reddita. Secundo, eodem tempore et instanti sanctum te fecit. Quomodo? Per infusionem gratiæ sanctificantis, quæ copiose in te fuit effusa, v. 8; sicque te sanctificavit, ut et omni spirituali et celesti benedictione cumulaverit, v. 5.

Sicut elegit..., ita benedixit omni benedictione. Quæ sunt hæ benedictiones, quibus per gratiæ baptismalis infusionem cumulatus es? Per irradiationem hujus gratiæ sanctificantis, quæ divini nature participatio est, anima tua deformis facta est, Deoque similis; cujus imago ac similitudo per peccatum deleta, in te fuit divinitus resculpta. Adest aut è benedictionibus. Hinc Deo charus, et gratus factus es, Deique amicus, *gratificavit in dilecto*, v. 6. Adest altera. Per hæc eandem gratiam sanctificantem, quæ dominicæ passionis est fructus, estque Christi ipsius communicatio, et omnium quæ Christo sunt applicatio: per hæc, inquam, gratiam Christum induisti, Christo unitus et incorporatus fuisti, ejus corporis membrum, corpus ejus mysticum, unum quid cum Christo factus fuisti. Hacque Christi, Filii Dei consubstantialis induitione, hæc cum Filio Dei naturali unione, in-

corporatione, identificatione, factus es Dei filius adoptivus, hæres Dei, coheres Christi, jus recepisti ad omnia Dei bona in æternum cum Christo possidenda. Ecce altera et multiplex benedictio. Quia enim filius Dei factus es, hinc et Spiritum Filii recepisti, in quo clamares: *Abba, Pater*; hinc Spiritum sancto, quasi adoptionis sigillo obsignatus es, v. 15. Quia hæres factus es, et jus ad Dei hereditatem recepisti, hinc Spiritu sancto, qui est hereditatis artha, oppignoratus es usquedum hereditatem possideas integram, v. 14. Has omnes singularim misericordias cogita, recoga, meditare, penetra, et ideò cum D. Paulo precare.

Deus summe, Pater gloriæ, Deus Domini nostri Jesu Christi, illumina oculos cordis mei, ut hæc tua dona æterna et temporalia valeam intelligere, et sentire. Vide vers. 17, 18, 19. Sciam, ô Deus, quid sit ab æterno esse bonæ voluntatis tuæ inique affectus objectum, à te diligi, eligi, predestinari, v. 3, 4, 5; primò, ut ob id continas tibi gratias agam; secundo, ut huic bonæ voluntati tuæ respondens, te diligam, ô Deus æterne, qui me ab æterno dilexisti; et studeam sanctus et immaculatus esse, spiritu filiorum agere et agi. Sciam quid sit in tempore esse de facto divini nature tuæ participem, esse filium tuum, fratrem Christi, heredem tuum, coheredem Christi, v. 5, 18: ut tantæ nobilitatis memor, nunquam sim degener, sed semper vivam dignè Deo, dignè filio Dei, fratre Christi, hærede Dei, coherede Christi. Imitator tui sim ut filius, peccatum horrens, sanctitati vacans; quia sanctus es, et peccatum horrens. In charitate ambulem, in tui dilectione et proximi propter te, semper proficiendo. Sciam denique quæ et quanta sunt illa bona tua, quam abundans et gloriosa hæreditas æterna, ad quam me vocas, et quam me jubes

CAPUT II.

1. Et vos, cum essetis mortui delictis et peccatis vestris,

2. In quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentie:

3. In quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus naturâ filii iræ, sicut et cæteri:

4. Deus autem, qui dives est in misericordiâ, propter nimiam charitatem suam, quæ dilexit nos,

5. Et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo (cujus gratiâ estis salvati),

6. Et conresuscitavit, et consedere fecit in celestibus in Christo Jesu:

7. Ut ostenderet in seculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu.

8. Gratia enim estis salvati per fidem, et hoc non ex volis, Dei enim donum est:

9. Non ex operibus, ut ne quis gloriatur.

10. Ipsi enim sumus factura, creati in Christo

à te sperare, v. 18. Ut terrena omnia contempnas, ad illa æterna et immensa bona tua semper aspirem, et te, omnium bonorum fontem, unicè diligam. Amen.

2° Discere quis sit Christianismi spiritus, carnalis scilicet et terrena despicere, spiritualis et celestia diligere. Vide in fine v. 5. Quò plus omnia temporalia desperaveris, et ardentius æterna dilexeris, eò magis in Christianismo profeceris.

3° Discere quòd Christus sit medium in quo et per quod omnis ad nos emanat divina benedictio; et ideò medium in quo et per quod omnis nostra laus et benedictio ad Deum pervenire debeat. Vide in fine v. 5. Per ipsum et propter ipsam fluit ad nos omne bonum, per ipsum refluit à nobis omnis gratiarum actio. Christo itaque Mediatori nostro continuo adhaereamus, sive petitiuri, sive redditori, ibidem.

4° Discere quanta sit animæ sanctificate dignitas, ipso Spiritu sancto sigillata, v. 14. Sub duplici titulo datus est ei Spiritus sanctus, ut sigillum scilicet, et ut pignus. Quàm desideranda itaque sanctitas animæ! quàm magnificanda! quanto studio conservanda! Vide v. 14, et observationes morales.

5° Discere quid pro tot et tantis beneficiis, per Christum tibi collatis, velit à te Deus, nimirum amari, laudari. Discere et cur à te homuncione laudari veli in finite majestatis Deus, et super omnes nostros laudes plusquam infinitis superexaltatus, scilicet ut majores det gratias in tempore, et te salvet et glorificet in æternum. Hanc bonitatem mirare, ama, lauda, si non potes satis, saltem à laude nunquam cessa. Propterea de hoc vos toties admonet Apostolus in hoc capite, v. 6, 12, et 14, quem vide, et tertiam observationem moralem.

CHAPITRE II.

1. Dieu vous a rendus la vie, lorsque vous étiez morts par vos dérèglements et par vos péchés.

2. Dans lesquels vous avez autrefois vécu selon la coutume de ce monde, selon le prince des puissances de l'air, cet esprit qui exerce maintenant son pouvoir sur les incroyables et les rebelles.

3. Nous avons tous été autrefois dans les mêmes désordre, vivant selon nos passions charnelles, nous abandonnant aux désirs de la chair et de notre esprit; et nous étions, par la corruption de notre nature, enfants de colère, aussi bien que les autres hommes.

4. Mais Dieu, qui est riche en miséricorde, poussé par l'amour extrême dont il nous a aimés,

5. Lorsque nous étions morts par nos péchés, nous a rendu la vie en Jésus-Christ, par la grâce duquel vous êtes sauvés;

6. Et il nous a ressuscités avec lui, et nous a fait asseoir dans le ciel en Jésus-Christ,

7. Pour faire éclater dans les siècles à venir les richesses surabondantes de sa grâce, par la bonté qu'il nous a témoignée en Jésus-Christ.

8. Car c'est par la grâce que vous êtes sauvés en vertu de la foi; et cela ne vient pas de vous, puisque c'est un don de Dieu:

9. Cela ne vient point de vos œuvres, afin que nul ne se glorifie;

10. Car nous sommes son ouvrage, étant créés en

Jesu in operibus bonis, quæ preparavit Deus ut in illis ambulemus.

11. Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium ab eâ quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta;

12. Quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conversatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo.

15. Nunc autem in Christo Jesu, vos, qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi.

14. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceræ solvens, inimicitias in carne suâ :

15. Legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condita in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem,

16. Et reconciliat ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.

17. Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longè fuistis, et pacem ipsi qui propè.

18. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem.

19. Ergo jam non estis hospites et advenæ; sed estis cives sanctorum, et domestici Dei :

20. Superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu :

21. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino :

22. In quo et vos cœdificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

Quod in genere dixit cap. 1, v. 19, de spirituali fidelium resurrectione, factâ per potentiam non absurdum eî potentie quam in Christi resurrectione Deus exhibuit, hoc speciatim Ephesiorum justificationi applicat.

Ephesios ergo primam in peccatis mortuos, v. 1 et 2, depingit; et ne hæc odiosa descriptio Ephesios gentiles nimis gravet, spirituales hanc in peccatis mortem, et Judæis, et sibi ipsi Paulo communem fuisse dicit, v. 5.

Hæc itaque spirituali morte suppositâ,

ÿ 4. Accedit ad eorum spirituales resurrectionem, quam cum Christi gloriosâ resurrectione comparans, ait: Nos à peccatis mortuos convificavit in Christo, et convescitavit, et cum eo sedere fecit in cœlestibus, v. 5, 6.

Ne autem quidquam hæc in re sibi arrogant Ephesii, sed ut totam Deo gloriam referant,

ÿ 7. Monet eos quod hanc gratiam illis Deus contulit, ad suam in eos benignitatem declarandam, ut inde glorificetur.

Addit v. 8 quod gratis sint justificati per fidem quæ Dei donum est, v. 9, non ex operum merito; v. 10, non

Jesu-Christ dans les bonnes œuvres que Dieu a préparées, afin que nous y marchassions.

11. C'est pourquoi souvenez-vous qu'étant gentils par votre origine, et du nombre de ceux qu'on appelle incircuoncis, pour les distinguer de ceux qu'on appelle circuoncis selon la chair, à cause d'une circuoncision faite par la main des hommes,

12. Vous n'aviez point alors de part à Jésus-Christ; vous étiez entièrement séparés de la société d'Israël; vous étiez étrangers à l'égard des alliances divines; vous n'aviez pas l'espérance des biens promis; et vous étiez sans Dieu en ce monde.

15. Mais maintenant que vous êtes en Jésus-Christ, vous qui étiez autrefois éloignés de Dieu, vous êtes devenus proches de lui par le sang de Jésus-Christ.

14. Car c'est lui qui est notre paix; c'est lui qui des deux peuples n'en a fait qu'un; c'est lui qui a détruit en sa chair le mur de séparation, cette inimitié qui les divisait :

15. Et qui, par sa doctrine, a aboli la loi de Moïse chargée de tant de préceptes, afin de former en lui-même un seul homme nouveau de ces deux peuples, en mettant la paix entre eux ;

16. Et afin que tous deux étant réunis en un seul corps, il les reconciliât avec Dieu par sa croix, y ayant détruit en lui-même leur inimitié.

17. Et ainsi étant venu, il a annoncé la paix, tant à vous qui étiez éloignés de Dieu, qu'à ceux qui en étaient proches.

18. Car c'est par lui que nous avons accès les uns et les autres auprès du Père dans un même esprit.

19. Vous n'êtes donc plus des étrangers qui sont hors de leur pays et de leur maison; mais vous êtes citoyens de la même cité que les saints, et vous appartenez à la maison de Dieu,

20. Puisque vous êtes édifiés sur le fondement des apôtres et des prophètes, et unis en Jésus-Christ, qui est la principale pierre de l'angle,

21. Sur lequel tout l'édifice étant posé, s'élève et s'accroît dans ses proportions et sa symétrie, pour être un temple consacré au Seigneur;

22. Et vous-mêmes aussi, vous entrez dans la structure de cet édifice, pour devenir la maison de Dieu, par le Saint-Esprit.

ANALYSIS.

est ergo quod quis gloriatur: Dei enim figmentum et opus sumus.

Ne serò neguescant post tantum beneficium acceptum, monet eos ad quod sint resuscitati, seu devotè creati, scilicet ad sancta et bona opera exercenda.

ÿ 11. Hortatur ut tante gratiæ per Christum acceptæ memores, duo semper habeant præ oculis.

Quid fuerint gentiles sine Christo, sine ullâ cum populo Dei societate, sine Deo, quem vel non noscebant, vel non colebant, v. 12.

Quid sint per gratiam Christi, propinqui Deo, Christo, populo Dei, v. 13.

ÿ 14. Explicat quomodo Christus murum gentiles à Judæis separatam destruxerit in cruce, ut suam Ecclesiam ex utroque populo conflaret, v. 16, 17, etc.

Hincque concludit quod non sunt hospites, et advenæ, sed sanctorum cives et domestici Dei, componuntque mirabile ac mysticum templum, cujus secundaria fundamenta sunt apostoli et propheta; Christus autem lapis angularis; unaquæque verò anima christiana, habitaculum Dei.

PARAPHRASIS.

1. Et vos, ô Ephesii, cum spiritualiter essetis mortui, utopote privati gratiâ Dei, et in peccatis vestris immersi;

2. In quibus aliquando vixistis secundum mundanâ hujus seculi vanitatem, et secundum ductum diaboli, qui suam in hoc aere potestatem exercet; juxta ductum, inquam, spiritus maligni, qui vim et malignitatem suam exercet in homines incredulos, Deoque rebelles.

3. In quibus etiam delictis et nos Judæi omnes aliquando viximus, concupiscentiæ desiderii obedientes, et sensualitatis et ambitionis actionibus indulgentes; uno verbo, naturali nostrâ corruptione ita concupiscentiis dedit, ut essemus planè et omnino peccatores, et filii iræ, sicut ceteri.

4. At Deus, qui valdè et multum misericors est, propter multam et eximiam charitatem suam, quâ nos dilexit,

5, 6. Cum spiritualiter ob delicta nostra mortui essemus, etiam nos ad similitudinem, et ad exemplum Christi, cujus gratiâ salvati sumus, convificavit, à spirituali morte nos suscitavit, sicut illum à corporali, ut nos aliquando novæ et gloriôsæ Christi vitæ faceret participes, et unâ cum ipso consedere fecit super omnes cœlos, in thronis, nunc per spem, aliquando reipsâ.

7. Hæc autem omnia Deus nobis fecit, ut in venturis usque ad finem mundi seculis, manifestaret exuberantem magnificentiam suam, per benignitatem, quam erga nos impendit per Jesum Christum, utique eâ manifestatâ inde gloriociter.

8. Siquidem divini beneficii auxilio justificati estis per fidem; et hoc quod per fidem justificati sitis, et inchoati salvati, non ex vobis, sed Dei donum est, ipsa enim fides Dei donum.

9. Per fidem, inquam, non ex operibus fidem præcedentibus salvati, seu justificati estis; ne quis gloriatur quasi suo labore et opere justitiam illam adeptus sit.

10. Non est igitur quod in hoc vel in quopiam alio gloriemur, ipsius enim figmentum et opus sumus; non tantum quia primùm ab ipso creati, sed multo magis quia ab eo spiritualiter recreati sumus in baptismo, per Jesum Christum; idque ad bona et sancta opera exercenda, quæ Deus preparavit, ut illis perseveranter vacaremus.

11. Ut tanti ergo beneficii magnitudinem intelligatis, et dignas ob illud Deo gratias agatis, juxta quod dixi v. 7, memento, ô Ephesii, et ob oculos mentis vestræ duo semper habete, nimirum quod fuistis, et quod nunc estis. Quoad primùm, memento quod origine carnali gentiles eratis, et propterea per contemplum præputii, seu incircuoncisi dicebamini à Judæis, qui ob carnem præputii sui manu circumcisan, vocantur circumeisi.

12. Memento quod tunc eratis sine ullâ Christi cognitione, et sine ullâ in illum fide. Eratis à societate populi Dei prorsus exclusi; eratis extranei, et

alieni à pactis quæ Deus cum Judæis inivit; sique nullam in illius promissa spem habebatis; denique per totum terrarum orbem, aut Deum verum ignorabatis, aut eum non colebatis, sique eratis verè athei.

13. Quoad secundum, memento quod nunc, ex quo in Christum credidistis; vos, qui aliquando eratis longè à Deo, à Christo, à pactis, à promissionibus, à societate Israel, uno verbo, à salute; nunc, inquam, facti estis propè, seu propinqui Dei, Christi, Israelis et beatitudinis, per sanguinem, seu per merita passionis et mortis Christi.

14. Ipse enim est pacificator, qui non Deo solum nos reconciliavit, sed et (quod est hujus divinx reconciliationis sequela) utrumque populum Judæicum et gentilem conciliavit, et univit in unâ Ecclesiâ, sub uno capite, murum qui medius erat, et Judæos à gentilibus separabat, eraticque causa perpetuarum inimicitiarum inter Judæos et gentiles, destruxit per mortem, quam in carne suâ subivit.

15. Legem Moysis, ceremonialia multa mandantem per evangelicâ dogmata abolevit; ut duos populos, Judæos scilicet et gentes, per unitatem fidei, in semetipso, unico Ecclesiæ capite, unum corpus, unumque novum hominem formaret, et factâ pace,

16. Ambos populos in uno corpore Ecclesiæ reconciliat Deo, per crucem, per quam in semetipso interfecit mutas Judæorum et gentilium inimicitias.

17. Et cum venisset in mundum factus homo, annuntiativam pacem futuram, vobis gentilibus, qui longè eratis à Deo, à Christo et à salute; et Judæis, Deo, Christo, salutî propinqui, per Dei notitiam, legem et promissa.

18. Quoniam per ipsum ambo, tam gentiles quam Judæi, habemus aditum ut filii ad Patrem, uno, eodemque Spiritu duce et impulsore, ita ut audeamus eî dicere: Pater noster.

19. Nunc ergo non estis amplius, ut in gentilismo, peregrini, et extranei à populo, civitate et domo Dei; sed estis concives sanctorum, ejusdemque civitatis municipes ac sancti patriarchæ, propheta, omnesque fideles et angeli; imò estis de domo, et familiâ Dei.

20. Estis enim ædificati super apostolos et prophetas, qui sunt secundaria Ecclesiæ fundamenta, Christo Jesu existente primario, altissimo, qui imo, et infimo lapide angulari validissimo, qui continet fundamenta et structuram totius Ecclesiæ, et ejus utrumque parietem Judæos et gentiles.

21. In quo et super quem lapidem angularem Christum, tota Ecclesiæ fabrica compacta, compaginata et coagmentata, assurgit in templum Deo consecratum per ejusdem Domini Jesu Christi gratiam;

22. In quo et super quem vos ipsi, cum aliis Christianis, hoc templum, tanquam partes, componitis; ut altius assurgat, et fiat ingens Dei habitaculum, idque per Spiritum sanctum, qui suâ gratiâ, quasi glutine, vos coagmentat, et divinx inhabitationi vos præparat.

VERS. 1. — *ET vos*, supple ex v. 5, *convificavit*... Cetera interposita debent per parenthesis legi: inchoatam enim sententiam exprit, v. 5 et 6, mutata secundam personam in primam. *Et nos convificavit*... Apostolus in Ephesiorum conversione ostensus quod cap. 1, v. 19, dixit de fidelium sanctificatione, scilicet factam fuisse juxta operationem virtutis et potentiam quam Deus exhibuit in Christo, seu ipsos Ephesios spiritualiter suscitatos fuisse, ad exemplum suscitatos Christi, primò describit spirituales Ephesiorum in peccatis mortem: *et vos, cum essetis mortui, spiritualiter, seu privati gratiâ, delictis et peccatis vestris*; in delictis, quantum ad omnia; in peccatis, quantum ad commissâ, ait D. Thomas.

VERS. 2. — *IN QUIBUS AMBULASTIS*. Sicut per verba peccatorum, in delictis et peccatis, etc., designavit peccatorum multitudinem, ita per verbum, *ambulastis*, significat Ephesiorum in peccatis perseverantiam; quasi diceret: In quibus delictis et peccatis diu vixistis. *SECUNDUM SECLUM*; Syr.: *Secundum mundanam vanitatem seculi hujus*. Indicat unam et peccatorum causam, quæ est rerum mundanarum vanitas, hominum corda alienans: hinc D. Joan.: *Nolite diligere mundum*. *SECUNDUM PRINCIPEM*... Alteram tangit peccatorum causam, quæ est diaboli instigatio. Præter sensum in paraphrasi datum, potest etiam intelligi secundum instinctum et suggestionem diaboli, seu Luciferi, qui princeps est demonum, seu potestatum, qui dominatur in hoc aere. Singulare pro plurali positum est. Potestas autem sumpta eo sensu, quo c. 1, v. 21, Syr. sic habet: *Juxta voluntatem principis potestatis aeris, nempe spiritus illius, qui grassatur in filios immorigeros*.

VERS. 3. — *IN QUIBUS ET NOS*... Mirâ charitatis arte D. Paulus, ne pudore nimio Ephesios gentiles, ob hanc antea vite odiosam descriptionem, afficiat, semetipsum et omnes alios Judæos, eisdem peccatis obnoxios fuisse declarat.

IN QUIBUS DELICTIS ET PECCATIS, ET NOS OMNES, EGO

VERS. 1. — *Et vos*, etc. Supple, convificavit Christo, conresuscitavit, et consedere fecit cœlestibus. Cum dixisset in Christo Deus operatus sit, hic jam, continuo sermone, declarat quid in nobis qui membra Christi sumus, per gratiam suam operetur. *Cum essetis mortui*, privati vitæ gratiæ per delicta et peccata vestra. Iccætam enim à delicto distinguunt, est id, quod scienter contra legem committitur; delictum, quod ignoranter, vel per oblivionem, præsertim juris et præcepti. Ita ex Procopio et S. Hieron.

VERS. 2. — *In quibus aliquando ambulastis*, conversati estis; ambulatio enim significat peccati iterationem et consuetudinem. *Secundum seculum mundi hujus*, id est, secundum consuetudinem secularium, qui seculariter et mundanè vivunt in hoc mundo. *Mundi hujus*, scilicet, qui totus in maligno positus est. Joan. 5; sequitur enim de maligno.

Secundum principem potestatis aeris hujus, id est, secundum instinctum, suggestionem, voluntatem diaboli, qui est princeps potestatum aeris hujus caliginos, nobis proximus.

Spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentia. Græcè, in filios incredulitatis, noster veritatis diffidentia. Quia tales Deo non fidunt, id est, non credunt, non obe-

et alii Judæi ad Christum conversi, aliquando, aut conversionem vivimus.

IN DESIDERIIS... id est, concupiscentiæ desiderijs intus consentientes.

FACTENTES VOLUNTATEM; Græcè, *voluntates carnis*, id est, et hæc ipsa concupiscentiæ desideria opere complentes; seu sensualitatis actionibus indulgentes.

ET COGITATIONUM, id est, et concupiscentiæ interioris desideria sectantes: ambitionem, invidiam, etc. Notat duplex concupiscentiæ peccatorum genus: alia sunt carnalia, seu sensualia, alia spiritualia.

ET ERAMUS NATURA FILII IRÆ... Syr.: *Et eramus planè filii iræ*, etc. Græcè: *peris, naturâ*.

Nota literalis.

Natura significat, primò naturam ipsam; secundò, nativitatem, seu ortum; tertio, naturalem indolem et propensionem; quartò, sumitur adverbialiter: natura, seu naturaliter.

Quod Syrus veritè, *planè*, quidam veteres vertunt, *plenè et omnino*, ait D. Hieronymus. Theophylactus interpretatus est, *verè et genuine*; D. Chrysostomus, *hoc est, ira fumus et nihil aliud*; quomodo enim, si sit filius hominis, est homo naturâ, ita nos quoque, sicut et cæteri; quasi diceret: Sicut ex homine natus, nihil est aliud quam homo, ita nos nihil aliud quam filii iræ. Et juxta hæc quatuor naturæ acceptiones, quatuor modis explicatur hic locus: *Eramus naturâ*, id est, non quidem in se sumptâ, sed ut in Adamo, per peccatum corruptâ, *filii iræ*, ait D. Thomas: *Eramus naturâ*, id est, à nativitate, *seu à primo nostre nature ortu, in peccato originali, filii iræ*. *Eramus naturâ*, id est, naturali nostrâ indole et proclivitate, quâ à pueritiâ, quasi naturaliter ad malum propensi sumus, *filii iræ*. *Eramus naturâ*, id est, planè et omnino peccatores et filii iræ.

Plenus sensus erit, ait Cornelius à Lapide: *Eramus naturâ*, id est, ex nature nostre corruptione et propensione, ita carni et concupiscentiis dediti, ut naturâ, id est, omnino essemus peccatores et filii iræ.

dunt: qui enim credit dicenti, facile illi obedit, illi que fidit, et ab eo se regi patitur.

VERS. 3. — *In quibus*, inter quos, et *nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostre*. Nos omnes, tam Judæi quam Græci, priusquam venerimus ad Christum, in delictis et peccatis vitam egimus, sequentes desideria carnis, id est, præve concupiscentiæ nostre. Sic Rom. 3 concludit Judæos et Græcos omnes sub peccato esse. Juxta quod scriptum est: *Omnes declinaverunt*; et Tit. 2: *Eramus, inquit, aliquando et nos*, etc.

Facientes voluntatem carnis et cogitationum. Voluntas hic appetitum significat, non rationalem tantum, sed et sensualem, animale, carnalem et brutalem; caro enim, id est, concupiscentia, tam in rationali, quam in animali appetitu residet.

Et eramus naturâ filii iræ, sicut et cæteri, id est, ex nature nostre corruptione et propensione, ita carni et concupiscentiis eramus dediti, ut naturâ, id est, omnino essemus peccatores et filii iræ. Ita Hier.: *Filii iræ*, id est, digni et obnoxii iræ ac vindictæ Dei. Sic enim dicitur filius mortis, id est, dignus morte; mors enim quasi mater peccatorum talium qui dignus est morte fingitur genuisse ad mortem, ut seipsam illi

Observatio dogmatica.

Gratia baptismalis, seu justificans, quæ spiritualis est resurrectio, dat nobis jus ad rescuscitandum corporaliter seculi Christus; dat et nobis jus ad participationem æternæ Christi gloriæ; hinc de baptizatis, seu sanctificatis, Paulus audacter dicit: *Nos convificavit, et conresuscitavit et consedere fecit*... Christus caput meum resurrexit; ergo et ego, membrum Christi, resurgam; Christus caput meum ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Dei; ergo et ad cœlos ascendam, in cœlestibus cum capite meo seculo, quiescam, regnabo. Gratia nobis ad hæc omnia jus donat. Vide hic resurrectionis spirituali applicationem eorum quæ supra, c. 1, v. 19, de Christi resurrectione dixit: hæc de re audi D. Chrysostomum: Vidisti exuperantem ejus potentiam magnitudinem in nos qui credimus? mortuos et filii nos vivificavit. Vidisti spem vocationis? conresuscitavit et consedere fecit. Vidisti gloriam ejus hæreditatis? O verè exsuperantes divitiæ! verè exsuperans magnitudinem gratiæ, cum Christo sedere! Chrysost. in v. 7.

Observatio moralis.

Per gratiam inchoatè surrexi, inchoatè sedeo in cœlo, jus habeo ad sessionem super thronum cum Christo, locus et thronus jam mihi parati sunt, ad eos me continuè vocat, dirigit et elevat gratiâ; si gratiam servo, res est indubitata et mihi secuta. Ut quid ergo de hæc gratiâ tam parum sollicitus sum? Ut quid illam ardentius non ambio? Ut quid ad illam extendendam et intendendam per bona opera, per actus fidei, spei et charitatis, assidue non satago, atque satagens jugiter laboro? Ut quid, quasi talpa, terræ et terrenis semper adhæreo? Ut quid ad cœlum et ad cœlestia non aspiro semper? Ut quid Christo, capiti meo, meate et corde non unior indesinenter? Deus bone! *Quid mihi est in cœlo, et à te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea in æternum*: da mihi te solum magis ac magis diligere, desiderare, sectari.

Alterâ observatio moralis.

Gratia Christi (justificans scilicet) est quedam Christi participatio, communicio cum Christo, omnium quæ Christi sunt applicatio et donatio nobis facta; præcipuè vero mortis, resurrectionis et ascensionis communicatio. Cum Christo per Baptisma mortui sumus, resurreximus et quodammodo ascendimus. Gratia in nobis intus operata est quod in Christo ope-

inœcreata, deest hæc immensa sui communicatio et nimia charitas in homines.

VERS. 5. — *Et cum essemus mortui peccatis, convificavit nos in Christo*, id est, nos ad similitudinem Christi communi cum eo vitâ spirituali donavit; in Christo, id est, cum Christo, vel instar Christi, *cujus gratia estis salvati*.

VERS. 6. — *Et cum essemus mortui peccatis, convificavit nos in Christo*, id est, nos ad similitudinem Christi communi cum eo vitâ spirituali donavit; in Christo, id est, cum Christo, vel instar Christi, *cujus gratia estis salvati*.

Et ratio illius est, quod Apostolus non spectat, tantum hic corruptionem nature in Adamo, sed etiam, et multo magis, quod ex eâ secutum est, scilicet, ut singuli ex Adamo nati carni et peccatis toti serviant quasi naturaliter; sint filii iræ, donec Christi gratiâ liberentur et reformentur; agit enim de peccatis actualibus, ut patet ex precedentibus. *Filii iræ*, id est, digni et obnoxii iræ et vindictæ Dei.

In precedentibus his Apostoli verbis vide et ob serva horrendam hominis peccatoris picturam: mortuus est coram Deo, gratiâ privatus, diabolo sub litus, mundi spiritu animatus, effrenatis passionibus suis reclus, in omnibus concupiscentiis corruptus, iræ divini filius, et consequenter æternæ Dei vitioris victimam. Hunc statum quis fidelis non horreat? heu! iuge statim, si stas in eo; gratias age liberatori tuo, si ab eo per Christi gratiam surrexisti.

VERS. 4. — *DEUS AUTEM QUI DIVES...* PROPTER NI MIAM; Græcè: *Propter nullam charitatem*; item Syrus, id est, *propter immensam charitatem, quæ nos homines dilexit*. Nimia respectu nostri: verè enim nimia est charitas, Filium unigenitum, pro servis inimicis et peccatoribus immolare.

VERS. 5. — *CUM ESSEMUS*, nos scilicet Judæi et vos gentiles, mortui, per peccata nostra.

CONVIFICAVIT NOS IN CHRISTO; Græcè, *Christo*, sine in; Syr.: *Vivificavit nos cum Christo*, id est, ad similitudinem Christi vitam nobis in Baptismo donavit. Sicut Christo in resurrectione vitam dedit æternam et beatam, ita nobis in Baptismo dedit spirituales anime vitæ: peccata remisit, justitiam, animæ vitam donavit, idque per Christi gratiam, quæ jam inchoatè salvati sumus.

VERS. 6. — *ET CONRESUCITAVIT*. Syr.: *Et excitavit nos cum eo*, id est, et non tantum hæc spirituales anime vitæ dedit, quæ est spiritualis resurrectio, sed et spem certam nobis dedit etiam aliquando, in fine mundi, corporaliter resurgendi, sicut ille jam resurrexit.

ET CONSEDERE FECIT... Syr.: *Nosque sedere fecit cum eo in cœlis*, per Jesum Christum, id est, et unâ cum illo sedendi in gloria. *Convificavit*, quantum ad animam. *Resuscitavit*, quantum ad corpus. *Consedere fecit*, quantum ad utrumque. Præterito pro futuro, propter spei certitudinem, ait D. Thomas. Vel dicamus quod jus ad rem possidendam hic stimitur pro rei possessione.

communicet, illicque mortem inferat, ut mors peccatoris à morte, quasi à matre prognata, morsque illum quæsi filium suum quem gignat et ducat ad mortem, amplecti videatur. Porro, quoniam justa est ira Dei, manifestè jam consequens est ex hoc loco omnes homines in peccato nasci; non enim irascitur Deus nisi peccato.

VERS. 1. — *Deus autem, qui dives est in misericordia*. Deum Apostolus divitem in misericordiâ vocat, quia thesaurus bonitatis ac misericordiæ ejus inexhaustus est, etiam quod effectum: nunquam enim obliviscitur misereri. *Propter nimiam charitatem suam quâ dilexit nos*, id est, immensam et nimiam: nimia dicitur respectu hominum tam miserorum et indignorum, non respectu Dei; Deum enim, qui est ipsa bonitas

rata sunt hæc mysteria: peccato quippe et mundo spiritualiter mortui sumus, sicut Christus morte corporali mortuus est; vitam spirituales et divinam consecuti sumus, sicut Christus vitam novam in resurrectione adeptus est; et terrâ et terrenis moraliter separati sumus, ut ad cœlestia deinceps aspiramus, sicut Christus terram reliquit, ut in cœlum ascenderet. Horum recordare, ô Christiane, quisquis es, et super te reflexus vide an sint in te isti gratiæ lapidales effectus, et consequenter an verè sis Christianus, Christi Spiritus particeps et gratiæ; num peccato mortuus es, spiritualiter vivens, cœlestia considerans. Si ita sit, gratias age Christo, cuius gratiâ salvatus es. Si secus, time, gene, ora, suppliciter et instanter pete gratiam, quæ tibi Christum applicet, quæ te participem faciat mortis, resurrectionis et ascensionis Christi, et quæ divina hæc mysteria spiritualiter operetur in te, super peccato mortem inferat, vitam divinam tibi conferat, cor tuum ad cœlestia erigat et dirigat.

VERS. 7. — UT OSTENDERET IN SÆCULIS SUPERVENIENTIBUS... Per secula supervenienda D. Chrysostomus, Theodoretus, et alii aliqui intelligunt tempus post resurrectionem futurum, seu potius eternitatem, ubi perfectissime declarabitur magnitudo gratiæ Dei; quod, licet verum sit, apostolice tamen menti conformior videtur sensus in paraphrasi expressus. Finis benignitatis Dei, quæ nos redemit, justificavit, concuscat, concedere fecit cum Christo, est ut inde laudetur et glorificetur a nobis; et de hoc nos rursus monet Apostolus. Ne ergo ingrati simus: *Lauda, anima mea, Dominum: laudabo Dominum in vitâ meâ.*

VERS. 8. — GRATIA ENIM ESTIS SALVATI. Justitia est salus inchoata, sicut salus perfecta justitia est consummata; hinc justificatos vocat salvatos, inchoatè, scilicet.

ET HOC NON EX VOIBUS, DEI ENIM DONUM EST. Hoc, sive quod justificati estis, sive hoc, quod per fidem, Dei donum est, quia fides justificationis ac salutis nostræ initium non est ex nobis, sed *Dei donum est*, ex Deo quippe proveniente, excitante ac roborante. Duo consideranda sunt in fide; unum ex parte Dei, alterum ex parte nostrâ: primò enim Deus, gratiâ suâ illustratione, nos prævenit, deinde nos gratiæ prævenit

domos et sedes nobis parata sit in cœlo. ibique jam Christo quasi ascendimus? In Christo, cum Christo.

VERS. 7. — UT OSTENDERET IN SÆCULIS SUPERVENIENTIBUS, in sequentibus temporibus, abundantes divitiis gratiæ suæ, id est, excellentem et exuberantem beneficentiam suam; utque ad manifestatâ ipse glorificetur. Hic enim est finis omnium operum Dei.

In bonitate, Græcè, in benignitate (supple quam ostendit); *super nos*, id est, erga nos; *in Christo Jesu*, hoc est, per Christum Jesum.

VERS. 8. — Gratia enim estis salvati, id est, gratis justificati estis, *per fidem*; justitia enim est salus inchoata, sicut salus plena et perfecta est justitia consummata. *Et hoc non ex nobis, etc.*; q. d.: Quod per fidem salvati sitis, hoc non ex vobis est, quia fides non est ex vobis, sed Dei donum est.

VERS. 9. — Non ex operibus; q. d.: Per fidem justificati estis, non per opera. *Ut ne quis gloriatur*, se suis

assentimur; sic autem assentimur, ut nisi gratiâ præventi, excitati ac roborati, non assentiremur. Itaque nostra fides et justificatio à Deo.

VERS. 9. — Non ex operibus... non quod non saltemur per opera, sed quod nemo salvetur nisi per opera ex fide et in fide facta. Itaque *non ex operibus*, sine fide et ante fidem: omnis quippe virtus et omne opus bonum sine fide, inane tantum nomen est, et virtutis atque boni operis simulacrum. Fides datur ante omnia prorsus meritum, et ipsa est omnis meriti fons et origo prima. Sicut enim à radios omnis fructus arboris, et sicut à fonte quicquid est in flumine, sic à fide omne bonum opus, omne meritum, tota salus.

VERS. 10. — IPSIUS ENIM SUMUS FACTURA. Ambrosius, *figmentum.* Syr.: *Nam sumus creatura illius.* Æthiop.: *Quia opus ejus sumus.* Arab., *opificium.* Non tantum secundum esse nature, sed etiam secundum esse gratiæ, per quam efficiuntur nova creatura.

CREATI IN CRISTO JESU. Regenerationem tacitè significat, ait D. Chrysostomus. Regeneratio est vera creatio, ait idem Pater, quia tanquam nova creatura ex nihilo producti sumus, ad hoc ut essemus quod eramus prius; mortui sumus, hoc est, vetus homo; quod prius non eramus facti sumus; recens est ergo creatura, et aliâ melior et præstantior; nam ex illâ, ut viveremus; ex hac autem ut bonè viveremus, accessit: **IN OPERIBUS BONIS...** Nota tamen quod justificatio impij dicatur creatio, non physica, non fit enim ex nihilo, sed moralis, quia nullo impij merito, aut opere, contingit illi, sed tota tribuitur merito Christi, sicut creatio tribuitur omnipotentiae Dei. Hinc *creati in Christo Jesu*, id est, per meritum Christi, à quo manat quicquid Deus nobis confert gratiæ. *In bonis operibus.* Syr.: *Ad opera illa bona.* Arab.: *Ad opera bona.* Æthiop.: *Ad opus bonum.* Græc., *ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν.* Cornelius à Lapide, Grotius, multis, aliis exemplis ostendunt hæc cum dativo sæpe significare ad. Erasmus etiam, *ad opera bona.* Recreati ergo et regenerati sumus ad opera bona faciendi. Et meritò hoc addit Apostolus, quia enim superius dixit, *gratis salvati estis per fidem*, non ex operibus..., ne putet quis opera fide sequentia excludi, addit post acceptam fidem opus esse bonis operibus, quippe ad quæ creati, seu regenerati, sumus. Sicut ergo Deus ex rudi et ind-

operibus a deum esse, et meruisse justitiam et salutem. Hinc patet Apostolum hic excludere non opera fidei, et quæ ex fide prolantur, ut sunt actus spei, poenitentiae, charitatis, etc.: sed quæ sunt sine fide, et fidei opponuntur, sicut natura opponitur gratiæ: id est, excludere opera facta propria natura viribus in quibus gloriabantur philosophi et gentiles, quasi suo Marte factis et gestis.

VERS. 10. — Ipsius enim sumus factura; q. d.: Per Christum Redemptorem rursus quasi creati sumus, quia in baptismo Spiritu Christi regenerati et veluti recreati, factique sumus fratres Christi, nova creatura, filii Dei, et cives sanctorum.

CREATI IN CRISTO JESU IN OPERIBUS BONIS. In, id est, ad opera bona faciendi, quæ preparavit Deus ut in illis ambulemus. Si enim Deus opera preparat, si in iis ambulamus: ergo Deus ea non creat in nobis, sed tantum ad ea nos destinat et dirigit, ut

gestâ mole terram fecit, ut fruges et fructus ferat, ita nos ex hominibus in Adam corruptis, ex filiis iræ, fecit novos homines, filios Dei, ut bonè et sanctè viveremus.

QUE PRÆPARAVIT DEUS, ab æterno quidem, decernendo ut per opera bona salvaremur; et etiam decernendo nobis gratias dare necessarias et utiles ad illa faciendi. In tempore autem *præparavit*, prescribendo modum bonè agendi; docuit enim per legem et per Evangelium quid et quomodò agendum: præparavit etiam dando gratias, inspirando, excitando, roborando, nobiscum cooperando. Viam primò ostendit, deinde ad ambulandum intus impellit, et ambulantes fert et sustinet.

UT IN ILLIS AMBULEMUS. Hæc locutio notat apertè quòd bona opera sint via ad cœlum, seu via quam Deus preparavit, ut per eam ad salutem tendamus.

Hoc verbum ambulamus, seu, ut est in Græco, *circumambulamus*, notat etiam in bonis operibus esse perseverandum, omneque bonum opus esse faciendum; non unum aut alterum, sed omnia bona opera, non uno, aut aliquibus tantum annis, sed toto vite tempore, bonis operibus vacandum esse, ita D. Chrysostomus.

Observatio moralis.

Ad hoc regeneratus sum et in baptismo nova creatura factus, ut omne bonum opus toto vite meæ tempore constanter exerceam, et ut per omnia bona opera perseveranter facta tanquam per viam ambulem et tendam ad salutem. Non sufficit inchoare, sed debeat assidue esse et perseverare; non sufficit aliqua tantum, sed omnia bona opera præcepta, imò omnia mihi intus inspirata debeat facere. *Hæc est voluntas Dei sanctificationis meæ per opera bona,* propter hoc ad Christianismum me vocavit. Sicut ab æterno elegit me ut sanctus essem, ita et in tempore me vocavit et regeneravit ut per opera bona sanctè vivam, et in sanctitate usque ad finem vite proficiam. Quomodò huic divinæ voluntati et vocationi respondeo? An sanctè vivo? An bona opera facio? An in illis ambulo? An per illa in sanctitate quotidie proficio? An omnem justitiam operor et constantè operor? Ubi profectus? Ubi perfectio? Væ mihi! defectus innumeris video,

in iis liberè nos exerceamus, hoc enim significat *vos ambulamus.* Ita Chrysost.

VERS. 11. — Propter quod memores estote, quòd aliquando vos eratis gentes in carne, id est, secundum carnalem generationem gentilibus progeniti; q. d.: Quia tantum per Christum redemptionem et gratiam Deus nobis fecit et exhibuit, hinc hortor vos, ô Ephesii, ut totâ vitâ sitis illius memores, præsertim quòd è gentilismo, idololatriâ, omnibusque sceleribus ad hæc Christianissimi gratiam vos evocavit, ut illi quas potestis gratias et laudes referatis.

Qui dicitur circumcisio in carne, manu facta, id est, à Judæis, qui vocantur circumcisio ob carnem præputii circumcisam.

VERS. 12. — Quia eratis illo in tempore sine Christo, hoc est, sine Christi cognitione, lege, gratiâ, religione, vitâ; id est, sine christianismo.

Alienati à conversatione Israel, hoc est, à ratione et

profectum nullum video. O Deus misericors, dimitte mihi præteritis infidelitatis, dà mihi deinceps tuæ vocationi fideliter respondere, bonè agere, omne bonum opus agere et constantè agere, in justitiâ semper proficere, bonorum operum omnes occasiones, vias, modos et impulsus, quos in dies mihi præparas et suggeris, sollicitè observando, amplectendo, exsequendo.

VERS. 11. — PROPTER QUOD MEMORES ESTOTE... ut hujus vestræ regenerationis beneficium melius cognoscatis, et tantæ gratiæ fidelitè respondeatis, omni bono et sancto operi constantè vacantes, mementote duorum: Quid fuistis? Quid estis? A quo statu et ad quem Dei gratiâ translati estis? Primò, mementote quòd aliquando gentes, id est, gentiles, in carne, origine carnali. Syr., *gentes carnales.*

PRÆPUTIUM, id est, præputium, per contemptum sic gentiles à Judæis vocabantur.

CIRCUMCISIO IN CARNE. Non sine causâ, additur in carne, sed ut notetur alia et vera quidem circumcisio, scilicet spiritualis, quæ est in corde, et quæ Christianorum est.

VERS. 12. — QUIA ERATIS IN ILLO TEMPORE... Mementote quòd tunc, ante receptam fidem, ERATIS SINE CRISTO, id est, sine illâ in Christum fide, nec explicitâ, nec implicitâ, nullamque cum illo partem habebatis, quippe qui solis Judæis promissus et annuntiatu erat.

ALIENATI À CONVERSATIONE ISRAEL. Deit. 7, 2, omne commercium Judæis interdicit cum gentibus.

HOSPITES TESTAMENTORUM, id est, peregrini, extranei et alieni à fœderibus quæ Deus cum Judæis pepigerat, cum Abraham, Isaac, Jacob, etc.

PROMISSIONIS... sicut nullam spem in Dei promissa habentes, scilicet de Messia venturo, et de bonis spiritualibus per eum obtenturis.

SINE DEO. Atheus propriè dicitur is qui nullum nec verum, nec falsum, nomen colit; latius ergo hic sumitur pro eo qui verum Deum non colit, licet idola aut falsos deos colat, quia idolum nihil est.

Observatio moralis in v. 11.

Duo nobis, sicut Ephesii, in mente semper habenda: Quid fuimus, quid sumus? ut Deo gratias ha-

normâ vivendi Israelitarum, patrum et patriarcharum, qui unum Deum sanctè colebant, et secundum ejus legem sanctè vivebant, cum vos coleretis idola, estisque sine lege, et circumcisioe ductum ac impulsam sequeremini.

Et hospites testamentorum; id est, peregrini, sive extranei, et alieni à testamentis, id est, à pactis, quæ Deus cum Judæis inivit.

Promissionis spem non habentes. Promissionem intelligit resurrectionem et vite beatæ ac æternæ, uti se explicat coram Agrippa rege Paulus, Act. 26: *Et nunc, inquit, in spe, que ad patris nostros repromissionis facta est à Deo, sto judicio subiectus, in quam duodecim tribus nostræ nocte et die decurrites sperant devenire; de quâ spe accusor à Judæis, rex. Quid incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitavit? Unde hanc spem vocat, spem Israelis, Act. 28: Propter spem, inquit, Israel calenâ hæc circumdatus sum; q. d. Paulus: Vos, ô gentes, beatitudinis Judæis pro-*

beamus continuus, qui nos de tenebris transtulit in admirabile lumen Filii sui. Quid fuimus? natura et peccatis filii irae, filii gehennae. Quid sumus? filii Dei, haeredes Dei. Circa praeteritum, nota triplicem peccatorum recordationem, quarum prima mala, secunda periculosa, tertia bona. Recordatio complacentiae in peccatis mala est, mortalis, et novum peccatum, renovans vicia in quibus peccator sibi complacet, sicut ipsa sola tantam habet malitiam quantum habent ea omnia. Recordatio diffidentiae et inquietudinis, est periculosa, gratie progressum retardans et exponens lapsui in recidivam, ob desperationem. Recordatio doloris de peccato et gratitudinis ob peccati condonationem auget gratiam, Deum glorificat; et ideò habenda frequenter et ad hanc nos hortatur Apostolus.

Observatio moralis in v. 12.

In misero gentium statu vide infelicem Christiani damnati et in inferos detrusi statum, sine Christo, sine Deo, sine populo Dei. Ab aliis damnatis per contemptum ostenditur ob baptismalem characterem quem gerit in aeternum. Christianus es, Christi membrum, Dei filius, haeres Dei, coheres Christi. Et ecce damnatus es, à Christo et à Christi corpore abscessus, à Dei promissis exclusus, à sanctorum consortio in aeternum separatus: sine Christo, sine Deo, sine populo Dei! Heu! heu! Christianus sine Christo; filius Dei sine Deo; haeres Dei, coheres Christi sine spe, sine iure ad Dei pacta, ad haereditatem Christi, ad societatem sanctorum. Quanta rabies, quantus furor, qualis et quanta desperatio! Haec cogita, time, cave; ne tibi contingant, utere Dei gratia tibi in Christo et propter Christum facta.

VERS. 15. — NUNC AUTEM... SYRUS: Nunc autem per Jesum Christum vos, qui aliquando longinqui eratis, facti estis propinqui in sanguine Christi. Quasi diceret: Ex quo Christiani facti estis, haec omnia quae vobis deerant dedit mors et sanguis Christi. Habetis Christum, habetis Deum, habetis jus ad haereditatem Dei, ad aeternam sanctorum societatem. Vide paraphrasim. Haec in mente servare habet, ut Deo gratias agatis, et ut sancto vivatis.

IN SANGUINE CHRISTI. O anima Christiana, tantum missae spem nullam habebatis in gentilismo.

Et sine Deo vero in hoc mundo, colebatis enim idola et deos falsos: multi etiam erant inter vos athei, qui divinitatem è mundo tollebant.

VERS. 15. — Nunc autem in Christo Jesu, per Christum Jesum; vos qui aliquando eratis longè, à Deo, à republica et conversatione Israel, à Christo denique et salute, facti estis propè, id est, propinqui Christo. Israelitis, beatitudinis ad Deo, in sanguine Christi, id est, per sanguinem, puta per merita passionis et mortis Christi.

VERS. 14. — Ipse enim est pax nostra, id est, pacificator; pax, id est, pacem faciens, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt.

Qui fecit utraque unum, id est, utrumque populum Judaicum et gentium conciliavit, et univit in sua Ecclesia. Ita Hieronymus.

Et medium parietem macerie solvens, inimicitias in carne sua; q. d.: Medium paries divellens Judaeos à

les merito et passionis et sanguinis Christi es et habes quiddid es et habes. Gratias age Christo de omni honore quod per ipsum possides in Christianismo. Serva fideliter et attentè gratiam, quam tibi sui sanguinis pretio acquisivisti. Cave ne qua vilis creatura te separet à Deo, cui Christus per suum sanguinem te fecit propinquum.

VERS. 14. — IPSE ENIM EST PAX NOSTRA...; pax, metonymicè, pro pacificator; seu faciens pacem, effectus pro causâ. Ipse Christus auctor est pacis Judaeorum et gentium.

QUI FECIT UTRAQUE, id est, utrumque populum Judaeos et gentiles, UNUM; eos univit in una Ecclesia, sub uno et eodem capite.

MEDIUM PARIETEM MACERIE SOLVENS. Maceria est murus ex lapidibus non cementatis, ideò facile solubilis. Per hanc maceriam benè significatur lex Judaica, quae erat congeries praeciporum sine charitate, quae est instar cementi et glutinis, quam lex ista non continet, timore magis cogens quam amore alliciens, ait D. Thomas.

INIMICITIAS, id est, causam inimicitiarum perpetuarum, inter utrumque populum; ob leges enim et diversam vivendi rationem, Judaei oderant gentiles, et vice versa gentiles oderant Judaeos. Solvens. Hanc legem Christus moriens dissolvit, abrogavit; sic autem solvit ut et adimpleret. Solvit umbras legis ceremonialis, et simul adimplevit exhibendo veritatem: sicut pictor imponens ultimam manum, imaginem implet, sed umbras et primam delineationem delet, ait Theophylactus.

IN CARNE SUA. In victimarum sanguine foedera sanciri solebant; Christus suo sanguine proprio inimicitias destruxit, foedus et pacem sancivit, ipse est victima quae nos Deo reconciliavit, et quae omnes homines in uno corpore adunavit. Quanti ergo debemus facere pacem! Quid non debemus pati ne culpâ nostrâ solvatur pax in Christi sanguine sancta?

VERS. 15 — LEGEM MANDATORUM... DECRETIS. Graec., in dogmatibus. Syr.: Legemque praeciporum, praecipitis suis abrogavit. Arab.: Legem mandatorum per decreta sua abrogavit. Explicat quis fuerit murus Judaeos et gentiles separans, et quae fuerit inimicitiarum causa,

gentilibus, erant inimicitiae mutuae, mutuum contemptus et odium. Haec odia, haec inimicitias dissolvit et abolevit Christus in carne sua, moriens pro utrisque, et utrisque afflans communem charitatis legem et spiritum, tollensque occasionem inimicitiarum, legem scilicet mandatorum.

VERS. 15. — Legem mandatorum decreta evacuas; id est, evacuavit et abolevit decreta, hoc est, per alia decreta, quia illa evangelicis decreta et dogmatibus abolevit Christus in carne sua, moriens pro utrisque, q. d. Apostolus: Christus abolevit legem Moysi per fidem, quia iustitiam annexit fidei, non legi.

Ut dios condit in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem; ut scilicet duos populos, Judaeum scilicet et gentium, quasi duos homines, sicut et corpori suo, id est, Ecclesiae suae, ejus ipse caput est, inserat et incorporet, factique utrumque habeat hominem, id est, populum, velut novum quandam hominem in novitate vitae ambulantes.

VERS. 16. — Ut reconciliat ambos in uno corpore, etc., per crucem, hoc est, per passionem suam quam in

nimirum lex Moisaica; ob hanc enim Judaei spernabant gentiles, et gentiles oderant Judaeos, quasi à communi gentium lege abhorrentes. Hanc autem legem Christus praecipis suis abolevit. Graec., ἐν δόγματι, in dogmatibus. Utitur dogmatis nomine, forte quia scribit ad Ephesios in philosophorum scriptis versatos; dogma autem vox est frequens apud philosophos ad significandam doctrinam.

UT DIOS CONDIT, id est, hoc sine legem veterem abrogavit, ut duos populos, Judaeos et gentiles, in semetipso inserat, eret in unum quasi hominem.

Nota litteralis.

Legem mandatorum in decretis evacuas. Erasmus, quem secutus est Cajetanus, jungit haec verba in decretis, seu in dogmatibus, cum illis legem mandatorum, sicut interpretatur: Legem mandatorum, in decretis sitam, abrogavit, quasi diceret Apostolus: Legem Moysi, quâ multitudinem decretorum ceremonialium continebat, abrogavit. Erasmus temeritatis insinuat Estius, quia omnes antiqui, Graeci et Latini, disjungunt quae simul jungit Erasmus, et per decreta intelligunt evangelica dogmata. Reverà et Syriaca et Arabica versiones ita traduxerunt. Vide supra D. Chrysostomus, Photius, Oecumenius, Theophylactus, Theodoretus ita interpretati sunt. Gagnæus, ex ipso Graeco ostendit ἐν δόγματι significare per dogmata. His non obstantibus, Menochius hanc Erasmi interpretationem videtur communi preferre, et Tirus cum imitatus est. Tutius tamen est antiquos Patres Graecos in hoc sequi, scilicet per legem mandatorum legem Moysi intelligere, et per in dogmatibus intelligere novam legem, seu legem fidei, evangelica praepcepta. Ad plenioram autem intelligentiam notandum quòd in lege Moisaica, praeter Decalogum, erant multa praepcepta de rebus per se nec honestis, nec turpibus, v. g., praepcepta de diebus servandis, de victimis immolandis, de cibis vetitis, etc., et alia similia; haec Christus per novam fidei legem abrogavit.

VERS. 16. — ET RECONCILIET AMBOS... IN SEMETIPSO... Graec., in ipso. D. Hieronymus legit in eâ, scilicet, cruce; seu σταυρῷ, masculini generis. Similiter Syrus: Crucisque suâ concavit odium. Sed parùm refert, cum sit idem sensus, Christus enim per crucem id fecit.

IN UNO CORPORE. Omnes credentes unum corpus unumque vocat hominem, quia unum caput habent, Christum Dominum.

cruce pertulit Christus; nos Deo reconcilians; utique per eandem crucem intererit inimicitiam quâ separati eramus à Deo.

VERS. 17. — Et veniens evangelizavit pacem vobis (gentibus), qui longè fuistis (à Deo, Christo et salute), et pacem usque quae propè, id est, Judaeis Deo propinquis per ejus notitiam et legem ab eo acceptam, quâ in Dei cultu continebantur. Pacem intellige reconciliationem cum Deo, et consensum mutuum inter ipsos, scilicet Judaeos et gentiles.

VERS. 18. — Quoniam per ipsum, scilicet Christum, tanquam mediatorem et pacificatorem nostrum, habemus accessum, aditum, introductionem, ambo, sci-

Nota litteralis.

Nota quòd participia v. 14, 15, 16, solvens, evacuans, faciens pacem, sunt praeteriti temporis. Hinc Syrus: Ipse est pax nostra... ac dirit maceriam quae stabat in medio, etc., legemque praeciporum praecipis suis abrogavit, etc., et fecit pacem et reconciliavit ambos, etc. Ex iisdem v. 14, 15, 16, discit quid sit Ecclesia. Una domus, cujus fundamentum et lapis angularis Christus ipse, qui muros et parietes Judaeos et gentiles, olim disjunctos, destructa maceria, in semetipso lapide angulari conjunxit, unumque fecit domum, v. 14. Unus homo, variis membris instructus, cujus caput est Christus, v. 15. Unum corpus, distinctis et distinctibus partibus compositum, cujus unio, firmata et substantia, Christus, v. 16. Unus populus ex variis gentibus, in Christo rege adunatus. Quanta nobilitas Christo regi, capiti, lapidi angulari, et fundamentum adunari! Quanta debet esse inter homines sic unitos concordia! Quantum quisque debet paci et charitati fraterne studere! Unum sumus omnes; omnes ergo nos invicem diligamus; omnes unum simus animo et corde.

VERS. 17. — ET VENIENS EVANGELIZAVIT... Probabile est quòd Apostolus alludat ad vocem angeli dicentis ad pastores: Ecce evangelizo... Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus, etc., Luc. 5. Christus praeterea pacem gentibus annuntiavit, quando Matth. 8. praedixit multos ab Oriente et Occidente venturos et recubituros cum Abraham, Isaac, etc.; quando Matth. 24. praedixit Evangelium omni orbi praedicandum; quando Joan. 12. dixit: Omnia traham ad me ipsum; quando misit discipulos, praecipiens ut docerent omnes gentes, Matth., Marc., et Luc., ultimo. Christus itaque pacem Judaeis per se ipsum annuntiavit, gentilibus autem per suos apostolos.

VERS. 18. — QUONIAM PER IPSEM HABEMUS ACCESSUM... Fructus incarnationis est ad Deum nobis aditum dare, ut illum dignè adoremus, oremus, illique dignè serviamus. Haec igitur, Christo capiti nostro uniti, faciamus; per ipsum, cum ipso, et in ipso adoremus, amemus, oremus, clamemus; Abba, Pater. Hanc proximè vide in cap. 3, post v. 16. Vide et in aliis locis ibi citatis.

VERS. 19. — ERGO JAM NON ESTIS HOSPITES... sed cives. Graec.: Sed estis concives sanctorum. Syr.: Sed filii civitatis sanctorum, et filii domus Dei. Ex dictis concludens, Ephesius ostendit quantum ex sua justificatione, seu suâ ad Christi fidem conversione, proliet vos, qui longè fuistis, et nos qui propè, in uno Spiritu sancto, id est, per eundem Spiritum ductorem et impulsorem, ad Deum Patrem, ut recepti ab eo in gratiam, et pro filiiis agniti, clamemus orantes: Abba, Pater, etc.

VERS. 19. — Ergo jam non estis (ut eratis in gentilismo) hospites et advena, peregrini et acoele, vel advena, qui scilicet aliunde venientes commigrantur in alienam civitatem vel provinciam.

Sed estis cives, Graecè concives, sanctorum, id est, in eandem cum illis civitatem ascripti. Et domestici Dei, id est, una cum illis pertinentes ad domum, cuius paterfamilias est Deus. Ita Ambros. et Anselm.

fecerint. *Eratis hospites, v. 12, nunc autem non estis amplius hospites et alieni à jure civium, sed cives, seu concives sanctorum, filii civitatis sanctorum. Eratis sine Deo, v. 12; longè à Deo, v. 15; nunc autem domestici Dei, id est, membra Ecclesie, quæ est unica civitas, domus, et familia Dei.*

VERS. 20. — SUPEREDIFICATI SUPER FUNDAMENTUM... hoc est, supra novum et vetus Testamentum collocati, ait Ambrosius; quod enim apostoli prædicaverunt, prophete futurum prædixerunt, idem Ambrosius. Prophete disposerunt, apostoli fundamenta jecerunt, idem. Jesus Christus est primum fundamentum, 1 Cor. 3, v. 11, et aliud, primum scilicet, esse non potest. Apostoli sunt fundamenta secunda, Apoc. 12, 14, nempe post Christum; primi enim sunt dignitate in Ecclesia, et super ipsorum doctrinam fundata est Ecclesia. Prophete veteris Testamenti, de his enim hæc agitur, sunt etiam fundamenta, quia eisdem Christi fidem prædicaverunt, at apostolis inferiora, quia Christum futurum cœcibus et inter Judæos tantum prædicaverunt. Christus lapis summus, id est, extremus, imus, infimus, quia omnem sustentat fabricam. Dicitur et *angularis*, quia in angulis est præcipua vis quæ sustententur ædificia. Alaudit Paulus ad Isai., cap. 28, v. 16, et ad Psalm. 117, v. 22.

VERS. 20. — Superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, id est, super apostolos et prophetas, qui sunt fundamentum Ecclesie. Apostolorum enim et prophetarum fidei, doctrinæ, prædicationi, institutioni, quasi fundamento Ecclesie inæmbit. Augustinus. Christum esse fundamentum fundamentorum, sive primum, cui ipsi apostoli et tota Ecclesia inæmbit; apostolos verò post Christum esse secundarium fundamentum, Matth. 16, dicit Christus Petro: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Si Petrus est petra hæc, ergo est fundamentum Ecclesie; petra enim supra quam ædificatur Ecclesia, alia esse non potest, quam petra fundamentalis Ecclesie.

Ipsa summo angulari lapide (scilicet existente) Christo Jesu; q. d.: Christus, quasi lapis angularis valis.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda et ad proximè redigenda.

1^a Nota horrendam hominis peccatoris pieturam, v. 5, ut ab hoc verè miserando statu fugias, si fueris in peccato; liberatori autem tuo gratias agas, si per Christi gratiam sis à peccato liber. Vide v. 3, in fine.

2^a V. 4 et 5, nota felicem hominis justificati statum; cum Christo surrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet à dextris Dei, quia per gratiam sanctificantem jus habet et ad resurrectionem, et ad ascensionem, et ad participationem æternæ Christi gloriæ. Vide v. 4 et 5, et observationes morales.

3^a Nota quid sit justificatio: scilicet creatio, quæ fit

CAPUT III.

1. Hujus rei gratiæ, ego Paulus vincatus Christi Jesu, pro vobis gentibus:

2. Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis:

3. Quoniam secundum revelationem notum mihi

VERS. 21. — IN QUO OMNIS EDIFICATIO... *Syr.: In eodem coagmentatur totum ædificium. Vide paraphrasim.*

VERS. 22. — IN QUO ET VOS COEDIFICAMINI. *Syr.: Dum et vos in eo edificamini in habitaculum Dei per Spiritum. Vide paraphrasim.*

Observatio dogmatica.

Hinc collige quòd Ecclesia est civitas, domus, templum vivum Dei. Cujus fundamentum primum lapisque angularis est Jesus Christus, Filius Dei vivi. Hinc Ecclesia firma, stabilis, contra quam non prævalent portæ inferi. Secunda fundamenta apostoli et prophete, quia super ipsorum doctrinam fundata est Ecclesia. Hinc inmutabilis Ecclesie doctrina, quæ potest explicari, sed non immutari. Hujus templi lapides et partes sunt omnes fideles, cujuscumque generis, sexus, ætatis. Hinc latum, spatiosum, catholicum, et aliis semper assurgens per coedificationem novorum fidelium. Architectus hujus templi Spiritus sanctus, per cujus operationem unusquisque fidelis coedificatur, et cum aliis fidelibus charitate, quasi glutine, necitur et coagmentatur. Hujus templi inhabitator Deus ipse. Hinc sanctum est et venerabile dignum. Hinc et unusquisque fidelis debet esse sanctus, utpote templum et habitaculum Dei.

dissimus continet fundamentum et structuram totam Ecclesie, ejusque utrumque parietem, Judæos scilicet et gentes, ipse quasi melius in se quasi angulo in pacis osculo necit et unit. Ita Hier., August., Beda.

VERS. 21. — In quo (per quem, scilicet Christum qui præcessit) omnis (tota) edificatio (ædificium, fabrica) constructa, id est, compaginata, compacta, coagmentata, crescit in templum sanctum, in Ecclesiam, quæ est domus sancta et templum Dei, in Domino, per Dominum, vel potius in Domino, id est, Domini, ut sitis templum sanctum Domini.

VERS. 22. — In quo (per quem, scilicet Christum jam dictum) vel in quo, scilicet templo, et vos coedificamini in habitaculum Dei (in templum Ecclesie jam dictum in quo quasi in domo sua habitat Deus) in Spiritu, per Spiritum sanctum.

nova in Christo creatura. Quomodo fit hæc creatio; per Christi gratiam, v. 8, 10. Ad quid fit hæc creatio; ad opera bona toto vitæ tempore facienda, ut in illis ambulemus, circumambulemus, ait D. Paulus, v. 10, id est, ut omne genus honorum operum indesinerenter faciamus, v. 10. Attende tibi, et vide quomodo hinc divina circa te voluntati correspondens. Vide observationem moralem, in fine, v. 10.

4^a Nota infelicem hominis christianum in inferis statum; præ omnibus damnatis damnator est. Vide v. 11, et observationem moralem.

CHAPITRE III.

1. C'est pour ce sujet que j'ai reçu mon ministère, moi Paul, qui suis prisonnier pour l'amour de Jésus-Christ, en faveur de vous autres gentils.

2. Car vous savez appris sans doute de quelle manière Dieu m'a donné la grâce de l'apostolat, pour l'exercer envers vous.

3. M'ayant découvert par révélation ce mystère,

factum est sacramentum, sicut supra scripsi in brevi:

1. Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi,

2. Quod aliis generationibus non est agnatum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis apertis stolis ejus et prophetis in Spiritu:

3. Gentes esse coheredes, et concorporales, et participes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium;

4. Cujus factus sum minister, secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis ejus.

5. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi,

6. Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creavit:

7. Ut innoscat Principibus et Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei:

8. Secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro,

9. In quo habemus fiduciam et accessum in confidentiam per fidem ejus.

10. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis; quæ est gloria vestra.

11. Hujus rei gratiæ flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi,

12. Ex quo omnis paternitas in cœlis et in terræ nominatur:

13. Ut dei vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiore hominem,

14. Christum habitare per fidem in cordibus vestris; in charitate radicati et fundati,

15. Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum:

16. Scire etiam supereminentem scientiam charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

17. Et autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis:

18. Ipsi gloria in Ecclesia, et in Christo Jesu, in omnes generationes seculorum. Amen.

Ostensa in superiori capite gratiæ Ephesitis, sua ad Christum conversione divinitus collata, in hujus capite v. 1 Paulus se, ut hæc eis procuraret gratiam, catendi vinctum esse dicit; hincque sumit occasionem illis exponendi quomodo divina dispensatione factus sit gentium apostolus, v. 2. Primum ergo, v. 3, exponit eis quod sibi per divinam revelationem innotuit mysterium, de quo jam pauca, mysterium hæclemis incognitum, v. 5, scilicet vocationis gentium, ut sint cum Judæis coheredes,

dont je vous ai écrit ci-dessus, en peu de paroles,

4. Ut vous pourrez connaître, par la lecture que vous en ferez, quelle est l'intelligence que j'ai du mystère de Jésus-Christ,

5. Qui n'a point été découvert aux enfants des hommes dans les autres temps, comme il est révélé maintenant par le Saint-Esprit à ses saints apôtres et aux prophètes;

6. Mystère qui est que les gentils sont appelés au même héritage que les Juifs, qu'il sont les membres d'un même corps, et qu'ils participent à la même promesse de Dieu en Jésus-Christ par l'Évangile,

7. Dont j'ai été fait le ministre par le don de la grâce de Dieu, qui m'a été conférée par l'opération de sa puissance.

8. De sorte que j'ai reçu, moi qui suis le plus petit d'entre tous les saints, cette grâce d'annoncer aux gentils les richesses incompréhensibles de Jésus-Christ;

9. Et d'éclairer tous les hommes, en leur découvrant quelle est l'économie du mystère de leur rédemption, caché dès le commencement des siècles en Dieu, qui a créé toutes choses:

10. Afin que les Principautés et les Puissances qui sont dans les cieux connussent par l'Église la sagesse de Dieu, si merveilleuse dans les ordres différents de sa conduite,

11. Selon le dessein éternel qu'il a accompli par Jésus-Christ notre Seigneur,

12. En qui nous avons, par la foi en son nom, la liberté et la confiance de nous approcher de Dieu.

13. C'est pourquoi je vous prie de ne point perdre courage, en me voyant souffrir tant de maux pour vous; puisque c'est là votre gloire.

14. C'est ce qui me porte à féliciter les gentils devant le Père de notre Seigneur Jésus-Christ,

15. Dont est nommée toute paternité dans le ciel et sur la terre,

16. Afin que, selon les richesses de sa gloire, il vous fortifie dans l'homme intérieur par son Esprit-Saint:

17. Qu'il fasse que Jésus-Christ habite par la foi dans vos cœurs; et qu'étant enracinés et fondés dans la charité,

18. Vous puissiez comprendre avec tous les saints quelle est la largeur, la longueur, la hauteur et la profondeur;

19. Et connaître l'amour de Jésus-Christ envers nous, qui surpasse toute connaissance; afin que vous soyez comblés de toute la plénitude des dons de Dieu.

20. Que celui qui, par la puissance dont il agit en nous, peut faire infiniment plus que tout ce que nous demandons, et tout ce que nous pensons,

21. Soit glorifié dans l'Église par Jésus-Christ, dans la succession de tous les âges et de tous les siècles. Amen.

ANALYSIS.

concorporales et participes, etc., v. 6. Deinde, v. 7, exponit quòd hujus mysterii factus sit minister et præco, non suis meritis, sed merà Dei gratiæ.

8. Mihi, inquit, omnium minimo, data est gratia gentibus annuntiandi incomprehensibiles Christi divitias, et omnibus exponendi sacramentum ab æterno absconditum in Deo, v. 9, et ipsi etiam primariis angelis non bene notum, v. 10, nimirum quòd per Jesum Christum, Mediatorem nostrum, nos omnes Judæi et gentiles fiduciam